N. 2153.

CURRENDA XI.

A. D. 1879.

N. 2033.

Dilucidationes de conditionibus a Papa Leone XIII. ad lucrandas indulgentias ad instar Jubilaei statutis.

S. Poenitentiaria Romana sequentes sub 26. Februarii 1879. edidit dilucidationes:

Occasione Jubilaei nuper indicti, nonnulla dubia a quibusdam locorum Ordinariis ad Apostolicam Sedem delata sunt. Quibus dubiis ut satisfiat, Sacra Poenitentiaria, de mandato et ex auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII. haec quae sequuntur, declarat:

1. Jejunium pro hoc Jubilaeo consequendo praescriptum adimpleri posse etiam tempore quadragesimae, dummodo fiat extra dies in Litteris Apostolicis exceptos, et adhibeantur cibi tantum esuriales. vetito usu, quoad qualitatem ciborum. cujuscumque indulti seu privilegii etiam Bullae Cruciatae.

2. Christifidelibus etiam cum Capitulis, Congregationibus, Confraternitatibus nec *non cum proprio Parocho aut Sacerdote ab eo deputato*, Ecclesias pro lucrando Jubilaeo visitantibus, applicari posse ab Ordinariis indultum in Litteris Apostolicis eisdem Capitulis, Congregationibus etc. concessum.

3. Una eademque Confessione et Communione non posse satisfieri praecepto paschali et simul acquiri Jubilaeum.

4. Jubilaeum quoad plenariam Indulgentiam *bis aut pluries lucrifieri posse*, injuncta opera bis aut pluries iterando, semel vero i. e. prima tantum vice quoad favores eidem Jubilaeo adjunctos, nempe absolutiones a censuris et casibus reservatis, commutationes aut dispensationes.

5. In hoc etiam Jubilaeo locum habere, sine ulla exceptione, resolutiones dubiorum ab ipsa S. Poenitentiaria pro Ordinariis Italiae editas sub die 1. Junii 1869. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 26. Februarii 1879.

Decretum hoc s. Poenitentiariae in nexu cum litteris Nostris pastoralibus ex 26. Martii 1879. Venerabili Clero Dioecesano pro notitia et usu communicatur.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 17. Aprilis 1879.

N. 61/praes.

Elias Abolionan Episcopus Gezirensis confirmatus Patriarcha Babylonensis Chaldaicae Ecclesiae.

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII. allocutione habita die 28. Februarii 1879 ad S. R. E. Cardinales in aedibus Vaticanis, Petrum Eliam Abolionan Episcopum Gezirensem electum canonice die 26. Julii 1878 Patriarcham Babylonensem Chaldaeorum communi suffragio Episcoporum, approbavit, eumque in Patriarcham et Pastorem Patriarchalis Ecclesiae Babylonensis Chaldaorum praefecit. Tenor allocutionis est sequens:

Venerabiles Fratres!

Amplissimi Ordinis vestri praesentia libenter hodie perfruimur, ut Vobiscum ex Praedecessorum Nostrorum instituto, de confirmatione Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum agamus, cujus electione, viduae Sedis regimini consulendum, Episcopi Chaldaici ritus pro sua parte curaverunt.

Ea enim quae ad Orientales Ecclesias pertinent, Venerabiles Fratres, pro supremo eo ministerio, quo ex divina institutione perfungimur, peculiari Nostra sollicitudine ac studio digna omnino putamus, quemadmodum et a Praedecessoribus Nostris omni aetate factum esse comperimus. Quorum quidem tantum fuit in Orientales Ecclesias studium, tantusque amor, ut ad Damasum scribens Basilius in ea verba eruperit: *Nos semper tempore praeterito recreavit caritatis vestrae vis admirabilis.* Noverant enim Ipsi pristinam illarum regionum nobilitatem, in quibus sol justitiae humano generi affulsit; nec non earum Ecclesiarum veterem gloriam, quae praeclara caelestis sapientiae et admirabilis sanctitatis lumina protulerunt. Quapropter et Nos ab ipso Nostri Pontificatus exordio cum Orientis Ecclesias gravissimis procellis divexari conspexerimus, singularum necessitatibus opem afferre contendimus; et opportunam nacti occasionem, qua per Legatos praecipuorum Europae Principum de publicis Orientis rebus componendis consultaretur, non omisimus omnibus officiis agere, ut jus catholicae Religionis in iis regionibus libere exercendae publice agnosceretur et sanciretur. Quod cum feliciter obvenerit, propositum Nobis fixumque in animo est, indesinenter omnem operam dare, ut eidem juri sua vis plene constet in omnibus, atque ita libertate et dignitate Catholicae professionis adserta, stent firmis defixa radicibus elementa illa, quibus in primis publicorum disciplina morum, publicae auctoritatis honor, hominum inter se caritas et benignitas, societatis ordo et omnis humanus cultus aluntur et florent.

Confidimus autem, Venerabiles Fratres, eos qui Othomanici Imperii res moderantur, facile intellecturos suarum rationum esse, ut quod jus et aequitas postulat, catholicis suae ditioni subditis plene et cumulate tribuant; praesertim cum recentia ac splendida omnino experimenta ceperint fidelitatis eorum, ac optimae in rempublicam voluntatis, quam adversantium calumniae in suspicionem et invidiam vocare, per summam injuriam, conabantur.

Ita profecto continget, ut catholicae communionis gentes ex Apostolicae Sedis ministerio et curis fructus percipiant saluberrimos: catholicae autem unitatis exsortes, videntes quid intersit inter felicitatem temporum qua olim utebantur, et miseram in quam modo prolapsi sunt conditionem, prudenter consilium capiant portum salutemque petendi in institutis majorum, qui in Catholicae Ecclesiae communione, in obsequio hujus Apostolicae Sedis suam dignitatem tuebantur, et cum gloria florebant.

Nunc autem, Venerabiles Fratres, explentes ea quae ab Apostolico Nostro Ministerio ad solandum Chaldaicae Ecclesiae luctum postulantur, Vobis commemoramus, Ecclesiam illam suo Patriarcha, elapso anno, fuisse viduatam ob interitum Venerabilis Fratris Josephi Audo, qui a sanctae memoriae Decessore Nostro Pio IX., in Consistorio habito die 11. Septembris anno 1848 in ea dignitate confirmatus, et ad eam canonice fuerat institutus. Hic Antistes, quem eximius pietatis et religionis sensus ornabat, aliquandiu tamen extremis vitae suae annis, malorum consiliorum aestu abreptus, fidelis obsequii erga hanc Apostolicam Sedem immemor fuit; sed Apostolica auctoritate monitus, ita ad officium rediit, ut debitam obedientiam Romano Pontifici praestans, ejus causa magnas a dissidentibus suae nationis molestias christiana constantia pertulerit, et appropinquante vitae exitu supremam vocem, testem doloris quo veniam erroris sui deprecabatur, testem devotae suae voluntatis, devinctique animi huic Petri Cathedrae et Christi Vicario, cum magna suorum omnium aedificatione reliquerit. Eo extincto, Chaldaici ritus Antistites in Synodalem Conventum, in Coenobio a B. Maria Virgine nuncupato, apud Alkosh canonice coiere, et consuetis caeremoniis servatis, Venerabilem Fratrem Petrum Eliam Abolionan Episcopum Gezirensem, die 26. Julii anno proxime elapso Patriarcham Babylonensem Chaldaeorum suis suffragiis elegerunt, seu postularunt. De hac electione litteras accepimus, quas tum suffragatores Episcopi, tum Patriarcha electus cum professione obsequii sui erga hanc Apostolicam Romanam Ecclesiam ad Nos dederunt, postulantes ut electionem confirmare, et sacri pallii honorem electo tribuere, Apostolica Nostra Auctoritate vellemus. Spes est Nobis, Venerabiles Fratres, praedictum Venerabilem Fratrem Eliam cogitantem *tanto magis nos obnoxios fieri, quanto effusiore gratia contigerit honorari* [1]), nihil habiturum antiquius, quam ut in eo gradu, quem obtinuit, omnes boni Pastoris partes expleat, et Chaldaicae Ecclesiae incolumitati ac incremento operam suam strenue et salutariter navet. Hac spe erecti, et rebus omnibus per Nostram Congregationem fidei propagandae Orientalium Ecclesiarum negotiis praepositam, accurate expensis et probatis, de ipsius Congregationis sententia, ipsum Venerabilem Fratrem Petrum Eliam in Patriarcham Babylonensem Chaldaicae Ecclesiae confirmandum. Eique pallium, de Beati Petri corpore sumptum, hodie annuendum censuimus.

Auctoritate itaque Omnipotentis Dei, Sanctorumque Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, confirmamus et approbamus electionem seu postulationem a Venerabilibus Fratribus Episcopis Chaldaici ritus factam de persona Venerabilis Fratris Petri Eliae Abolionan. Eum praeficientes in Patriarcham et Pastorem Patriarchalis Ecclesiae Babylonensis

[1]) Hormisd. ep. XIII.

Chaldaeorum, prout in decreto et schedula Consistorialibus exprimetur; contrariis quibuscumque non obstantibus.

In Nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

A Praesidio Episcopali,
Tarnoviae die 17. Martii 1879.

L. 1861.

Wezwanie do ofiar dla uczczenia 14. wiekowéj rocznicy urodzin S. Benedykta.

Zakony Ś. Benedykta czynią przygotowania do uroczystego obchodu 14. wiekowéj rocznicy urodzin swego Patryarchy, która to uroczystość w klasztorze Monte Cassino w dniu 12. Września 1880. obchodzoną będzie.

Miasto Nursia, w którém Ś. Benedykt i siostra jego ś. Scholastyka dzienne światło ujrzeli, postanowiło uczcić tę rocznicę, powzięło zamiar odrestaurować i przyozdobić dom w którym się narodził Ś. Benedykt a który mieści się w kościele pod wezwaniem tegoż Świętego poświęconym, a nadto wznieść na placu publicznym marmurową statuę, która późnéj potomności przypominać będzie sławę świętego ziomka swego. Jeżeli mężom, którzy na polu nauk, literatury, sztuk pięknych, w prawodastwie lub rządzie, albo w walkach orężnych położyli zasługi około sprawy publicznéj, potomność kosztowne stawia pomniki i pamięć ich uroczystymi czci obchodami, to zaprawdę godną jest rzeczą, aby pamięć męża świętością żywota i cudami wsławionego i tyle zasłużonego, tak około kościoła jak i około spółeczeństwa i cywilizacyi, Ojca, założyciela, ustawodawcy i krzewiciela tylu rodzin zakonnych po całym świecie rozsianych, które przez 14 wieków tak znakomite około dobra ludzkości położyły zasługi i dotąd oddają, godną jest rzeczą, aby pamięć Ś. Benedykta należną sobie część od wdzięcznéj potomności, od całego społeczeństwa tak duchownego jak i świeckiego odbierała i z największą świetnością obchodzoną była.

Atoli miasto Nursia, różnemi klęskami nawiedzane, a zwłaszcza trzęsieniem ziemi w r. 1859 prawie zniszczone, nie posiada środków, aby chwalebny swój zamiar do skutku przyprowadzić. Przeto Ordynaryat tamtejszy pismem z dnia 1. Listopada 1878 udał się do Nas z prośbą, abyśmy w Naszéj dyecezyi zarządzili składki na cel powyższy, co téż niniejszem chętnie czynimy.

Uzbierane ofiary raczą Przewielebni dusz pasterze do Biskupiego Konsystorza odesłać.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 8. Kwietnia 1879.

L. 1893.

Wezwanie do składek na restauracyą szpitala sióstr miłosierdzia we Lwowie.

Szpital sióstr miłosierdzia od 2 wieków istniejący, na 100 łóżek urządzony, jedyny bezpłatny przytułek najuboższych mieszkańców miasta i okolicy, w którym chorzy pomoc

lekarską i troskliwą opiekę zawsze znajdywali, biegiem czasu pochylił się znacznie ku upadkowi i gruntownéj restauracyi z kosztem 14000 złr. potrzebuje. Gdy dochody szpitala zaledwo na pokrycie bieżących wydatków wystarczają, przełożona sióstr miłosierdzia W. Paulina Kulesza udaje się do ofiarności pobożnych Chrześcian. Uzbierane w kościele datki raczą Przewielebni Dusz Pasterze do Biskupiego Konsystorza odesłać.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 4. Kwietnia 1879.

L. 1931.

Polecenie Stowarzyszenia ochrony zwierząt zawiązanego w Krakowie.

Jeszcze pod dniem 24. Kwietnia 1876. L. 1508 w kurendzie V. poleciliśmy Przewielebnemu Duchowieństwu towarzystwo ochrony zwierząt we Lwowie i dołączyliśmy ustawę potwierdzoną przez c. k. Namiestnictwo pod dniem 26. Lutego 1876. L. 5832. Obecnie donosimy, że takie same stowarzyszenie zawiązało się w Krakowie a statut jego został zatwierdzony rozporządzeniem Wysokiego c. k. Namiestnictwa z dnia 13. Stycznia 1879. L. 1158. Według tego statutu §. 3. członkiem rzeczywistym stać się może każda osoba bez względu na płeć i religią jakotéż miejsce pobytu za opłatą rocznéj wkładki 1 złr. 20 ct. do biura stowarzyszenia ochrony zwierząt w Krakowie ul. Wielopole N. 89.—III. przesłać się mającą, za co otrzymają bezpłatnie pisma przez Stowarzyszenie wydane. Ponieważ Stowarzyszenie wtenczas tylko należytą będzie mogło rozwinąć sprężystość, jeżeli wielu członków a szczególniéj między Duchowieństwem i Nauczycielami ludowymi liczyć będzie, przeto na prośbę Stowarzyszenia do Ordynaryatu wniesioną polecamy Przewielebnemu Duchowieństwu, by nie tylko do tego Stowarzyszenia przystąpiło, ale nadto cele tegóż gorliwie przy każdéj sposobności popierało, nie zaprzeczoną bowiem jest rzeczą, iż cele tego stowarzyszenia nie tylko są humanitarne ale nadto silnym bodźcem do popierania moralności chrześciańskiéj, pewną bowiem jest rzeczą, że człowiek jest tylko dzierżawcą bydląt, których Bóg jest Panem i dawcą miłościwym, a własności bożéj nadużywać przez srogie obchodzenie się chrześcianin nie powinien, pewną jest rzeczą, że okrutnik względem bydląt i zwierząt stanie się takim względem bliźnich, okrutnik przeciw zwierzętom nie był nigdy dobrym ojcem rodziny, dobrym obywatelem, nie był nigdy z gruntu serca dobrym i uczciwym człowiekiem. — Przez wzbudzanie czułości i litości nawet ku zwierzętom kształci się serce, kształci rozum, człowiek szlachetnieje i staje się moralniejszym.

Z tych tedy względów najchętniéj polecamy Stowarzyszenie ochrony zwierząt zawiązane w Krakowie i do przystąpienia zachęcamy. Pisemko „Przyjaciel zwierząt“ wychodzi co miesiąc w Krakowie Ul. Wielopole l. 89. III p. którego przedpłata wynosi 60 centów a członkowie rzeczywiści otrzymują je bezpłatnie.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 5. Kwietnia 1879.

L. 2077.

Invitatio P. T. Cleri Dioecesani pro facienda anno 1879 collecta in favorem fundationis Dioecesanæ.

Sub 31 Decembris 1878, N. 5568. proposuimus P. T. Clero Dioecesano calculum de collectis quotis in rem fundationis Dioecesanæ. Cum Capitale collectum admodum sit exiguum, ut fundatio constituatur, salutatur P. T. Clerus Dioecesanus, ut pro anno 1879. collectam pro hacce fundatione instituat, opportunum tempus videtur Consistorio Nostro initium mensis Maji et Novembris. Oblatas quotas remittent Perillustres Decani ad Consistorium Nostrum. Clerus civitatis Tarnoviensis omni mense pro fundatione laudata contribuit.

E. Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 16. Aprilis 1879.

N. 1963.

DECRETUM

Feria II. die 3. Februarii 1879.

de libris prohibitis.

Sacra Congregatio Eminentissimorum ac Reverendissimorum Sanctae Romanae Ecclesias Cardinalium a Sanctissimo Domino Nostro Leone Papa XIII. Sanctaque Sede Apostolica Indici librorum pravae doctrinae, eorundemque proscriptioni, expurgationi ac permissioni in universa christiana Republica praepositorum et delegatorum, habita in Palatio Apostolico Vaticano die 3. Februarii 1879. damnavit et damnat, proscripsit proscribitque vel alias damnata atque proscripta in Indicem librorum prohibitorum referri mandavit et mandat quae sequuntur Opera:

Ardigò Roberto. La formazione naturale nel fatto del Sistema Solare. Mantova, Viviano Guastalla, 1877.

Picco Modesto prof. Prime Nozioni intorno ai Doveri dell' Uomo, e dell Cittadino con alcuni cenni circa i diritti che da questi devono derivare ad uso delle scuole elementari, Stamperia Reale di Torino, 1878. *Auctor laudabiliter se subjecit et Opusculum reprobavit.*

Mancini Luigi professore di letteratura italiana nel liceo Nolfi di Fano. Dio è Vivo. Lettera an ud amico. Fano, pei tipi V. Pasqualis succ. Lana, 1878.

Dittes Friedrich Dr. Director des Paedagogium in Wien. Lehrburh der Psychologie. Leipzig, 1876 — *Latine*: Institutiones Psychologiae. Lipsiae, 1876. *Opus praedamnatum ex Reg. II. Ind. Trid.*

Causes intérieures de la faiblesse extérieure de l' Eglise en 1870. Cinquième partie, 3. vol. Rome, imprimerie Tiberina, 1878.

Havet Ernest. Le Christianisme et ses origines. 3. vol. Paris, Michel Calmann Lévy èditeurs, 1873, 1878.

Itaque nemo cujuscumque gradus et conditionis praedicta Opera damnata atque proscripta, quocumque loco et quocumque idiomate aut in posterum edere, aut edita legere vel retinere audeat, sed locorum Ordinariis aut haereticae pravitatis Inquisitoribus ea tradere teneatur sub poenis in Indice librorum vetitorum indictis.

E Consistorio Episcopalis,
Tarnoviae die 8. Aprilis 1879.

L. 1964.

Wezwanie do składek na dotkniętych powodzią mieszkańców Szegedynu.

Wysokie c. k. Prezydyum Namiestnictwa wystosowało pod dniem 17. Marca 1879. L. 2167/pr. do wszystkich c. k. Urzędów powiatowych odezwę następującéj treści:

Okropna klęska dotknęła jeden z najznakomitszych grodów Monarchii austro-węgierskiéj. Szegedyn, jedno z pierwszych miast królestwa węgierskiego, padł ofiarą strasznéj powodzi, która przełamawszy w nocy z dnia 11. Marca tamy i groble mimo nadludzkich wysileń ludności walczącéj o swe życie i mienie, zalała miasto, zamieniła przeważną część pięknego grodu w gruzy, wydarła wielkiéj liczbie ludności całe mienie i pogrążyła liczne rodziny w najokropniejszą nędzę. Straszna ta klęska wywołała najżywsze współczucie w najdalszych kołach.

Ufny, że znana ofiarność ludności kraju naszego i jéj tylekroć doświadczona gotowość do niesienia bratniéj w nieszczęściu pomocy i tym razem w pełnéj objawi się mierze: rozpisuję niniejszem na rzecz dotkniętych powodzią mieszkańców Szegedyuu składkę w całym kraju i wzywam Pana, byś odezwę moją obwieścił w kołach jak najdalszych, a zawezwawszy do współudziału władze autonomiczne i duchowieństwo, starał się o jak najkorzystniejszy wynik składek.

Zebrane kwoty zechcesz Pan z 26tym każdego miesiąca wraz z dokładnym spisem obejmującym imiona dawców, tudzież wysokość każdego datku z osobna, przesyłać na moje ręce, poczem odesłane zostaną za pośrednictwem król. węg. Ministerstwa spraw wewn. na miejsce swego przeznaczenia.

Stosownie do téj odezwy wzywamy Wielebnych dusz pasterzy, aby wpływem swoim, wspierali usiłowania c. k. władz narodowych, i Wiernych do niesienia pomocy nieszczęśliwym mieszkańcom Szegedyny zachęcali. Ofiary uzbierane należy przesłać jak najśpieszniéj do c. k. Starostw albo do Biskupiego Konsystorza.

Z Biskupiego Konsystorza,
w Tarnowie dnia 7. Kwietnia 1879.

L. 2047.

Potwierdzenie odbioru 150 złr. w. a. na missye katolickie w centralnéj Afryce.

Pod dniem 7. Kwietnia 1879. L. 1942. przesłał Biskupi Konsystorz 150 złr. w. a. na missye katolickie w centralnéj Afryce. Komitet Maryański w celu poparcia missyj katolickich w Afryce centralnéj w Wiedniu, doniósł pod dniem 10. Kwietnia 1879. że kwotę tę otrzymał i stosownie do przeznaczenia nią zarządzi. O czem się Przewielebne Duchowieństwo zawiadamia.

Z Biskupiego Konsystorza, w Tarnowie dnia 16. Kwietnia 1879.

L. 2069.

Contestatio summæ 300 fl. v. a. pro societate sub titulo Conceptionis B. V. M. et infantia Jesu missae.

Antonius Sujańszky Praepositus Infulatus, et Canonicus Capituli metropolitani Strigoniensis, Rector Pasmanaei Vindobonae, litteris datis sub 10. Aprilis 1879. Viennae N. 57. contestatur receptionem quotæ 150 fl. v. a. pro confraternitate Conceptionis B. V. Mariae et 150 fl. v. a. pro confraternitate infantiae Jesu sub 17. Aprlis 1879, N. 1942. missæ quod pro notitia Venerabili Clero Dioecesano communicatur.

E Consistorio Episcopali, Tarnoviae die 18. Aprilis 1879.

L. 2084.

Contestatio quotæ 100 fl. v. a. pro fundatione Leopoldina in America.

Directio centralis fundationis Leopoldinæ pro missionibus in America septemtrionali litteris datis Viennae 12. Aprilis 1879. N. 4965. contestatur receptionem summae 100 fl. v. a. sub 7. Aprilis 1879. N. 1942. missae, atque ulterioribus favoribus et charitati christianae hanc missionem P. T. Clero Dioecesano commendat.

E Consistorio Episcopali, Tarnoviae die 18. Aprilis 1879.

E Consistorio Episcopali,

Tarnovie, die 22. Aprilis 1879.

JOSEPHUS ALOJSIUS,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae 1878. Typis A. Rusinowski, Typographi ad honores Episcopalis, Impensis Consistorii.